Neufriedenheim / München

1

13. Martii 1902 XII

Clarissime vir.

Volumen XVI Sylloges Tuae Fungorum ante paucos dies ad me pervenit et maximi momenti mihi fuit. Laborem ingentem a Te susceptum bene intelligo, sed scientiae nostrae, tam rapido ubique in mundo nunc florentis, progressum Te hoc opere suscepisse, semper summo honori Tibi erit, quod ego quotidie Syllogem in manibus tenens prae multis intelligo itaque multoties Tibi gratulor.

Interrogare mihi fas est, an ego Tibi, ut mihi prius scripsisti (1886), tantummodo dimidium pretium exsolvere debeam.

2

Vale millies, doctissime vir! Deditissimus Tuus Dr Rehm.

28

Deutſchland. — Allemagne.
Bayern. — Bavière.

MUENCHEN III.
14 MAR 02.
12-1 Vm.

10 PFENNIG

(15)

Poſtkarte. — Carte postale.

Weltpoſtverein. — Union postale universelle.

Nur für die Adreſſe.
Côté réservé à l'adresse.

Mr. Dr. P. A. Saccardo

Professore di bot.

R. Università

Padova / Italia

01